



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad  
populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo  
Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

**Borromeo, Carlo**

**Brixiae, 1603**

Epistola ad testes synodales.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10502**

et, nos quamprimum certiores facies; vt ante statum illum diem Synodi, opportunè consulere valeamus. Sedulò efficies, vt ad Vicariorum foraneorum conuentum, qui ante Synodum in ædibus Archiepiscopalibus de more habebitur, pridie eius diei benè mane accedas. Omnes autem Vicariatus tui Ecclesiasticos viros, qui ad Synodum couenturi sunt, admonebis, vt eorum quicunque iussiones ordinationesve nostras, vel visitatorum nostrorum, tum eas quæ ad ipsos pertinent, tum quò ad loca, & Ecclesiastis, & Capellas, altariave quæ obtinent, quibusve addicti sunt, secum afferant; ac præterea quæ in Synodo nostra iij. certis capitibus, de parochis, Clero, Ecclesiasticis, populoque sigillatim nominatimque distincta ac præscripta, ad Synodum Diocestanam accendentibus afferenda, referendave, atque agenda esse iussimus, accuratè omnia & singula præstent. Curabis etiam, ut quicunque in tuo Vicariatu beneficium aliquod Ecclesiasticum obtinent, illius collationis prouisione literas seu Bullas afferant, aut si alicui Parochiæ, vel etiam Capellæ sine titulo inseruerint, literas deputationis facultative, quibus illud officium præstant, nobis exhibendas deferant. Qui verò quacunque de causa ad Synodum non accident, eas literas omnino ad nos preferendas tradant. Tu verò, præter cetera quæ pro munere tuo præstare debes ex eadem iij. Synodo, indicem potissimum, quem hoc tempore à solicitude tua maximè requirimus, in quo omnia cuiusvis generis beneficia tui Vicariatus diligenter ac sigillatim notata sunt, afferas: vacantia verò, à quibus legitimè administrantur, ad præscriptū instructionis quam hic adiunximus, connotabis, & describes, vt tandem hujus rei exactam cognitionem semel habeamus. In alium Indicem diem certum dedicationis vniuersitatis Ecclesiæ tui Vicariatus, si ex certis monumentis haberi poterit, referes, quem ad nos ante statum illum diem mittes omnino. Mediolani ex ædibus nostris Archiepiscopalibus v. Calen. Martij. M. D. LXXXI III.

Testes etiam Synodales in Ciuitate & Dioceſi constitutos his literis munieris suscepiti excitauit, & monuit.

#### Epistola ad testes Synodales.

CAROLVS Cardinalis Archiepiscopus. Ren. dilecte. Iam dies Synodo constitutus aduentat; & quæ tunc tēporis per nos decernenda erunt, prius accurate sunt consideranda, prout huius nostræ Ciuitatis & Dioceſis necessitates in Domino postulant. Ut igitur ominino ad nos pro muneriſ à te suscepiti ratione quamprimum te conferas (debes enim ex Dioceſano & Provinciali decreto mense ante diem Synodalem) his nostris tibi significare voluimus; vt quid super eo agendum erit, mature postea deliberare possumus. Mediolani ex ædibus nostris Archiepiscopalibus pridie Calen. Martij. M. D. LXXXI III.

Vt etiam Illustris. Archiepiscopus actiones & rem totam Synodalem pīs religiosorum, & populi totius precibus adiuaret, orationem in vniuersis Monasterijs virorum & mulierom urbis, & in Parochijs item, epistolis ad eos scriptis, indixit.

Huiusmodi literarum ad regulares exemplum habetur supra secunda parte Actorum in Synodo Dioceſana viij. pag. 81.

#### Epistola ad Parochos.

R E V. Parocho. Voi sapete, che alli 4. di Maggio con la gratia di Dio faremo l'xi. Sinodo nostra Dioceſana. Già dopò tant'anni che siamo in questo corso continuo di tale attione, non douerebbe esser necessario, che noi vi raccordassimo, quel che voi soletamente da voi ſteſſo douresti fare; nè meno che desiderassimo tutta la diligenza, che douete, & à voi, & al popolo voſtro, & alla Chiesa iſteſſa parochiale, che v'è stata data in cura. Contutto ciò v'auifiamo, che trà questo mezzo vi raccogliate bene ſpesso frà voi medeſimo, e con timorata e religioſa cōſcienza (che anco questa preparazione ricer-

cano